



AN. XV. - N. 95

MM. OCTOBRI ET NOMEMBRI

AN. D. MCMXLV



# PALAEASTRA LATINA



## SUMMARIUM

Exercitationes Scholares,	LÓPEZ CONEJERO ARIZ CANALS RAMOS
De Rufino Josepho Cuervo, Bibliographia,	
Cursus Gymnasticus.	
Comentario al c. VI de la Ilсадa,	RUIZ
Nova et Vetera,	MIR
Cernite athletam!,	CANALS
¡Ved el atleta!	MOLINA
Compositiones vertendae,	
Decimus et Calidorus apud macellum,	PASQUETTI
Curiosa et Jocosa,	CANALS RODRÍGUEZ CONGET MINIUS INGENUUS RUBER

Ordinarii et Superiorum permissu

# Exercitationes Scholares

## De jactatore

Duo homines iter simul faciebant. Per viam lecticam invenerunt. Tum prior: Ah!, inquit, a via secedamus! Qui super lecticam sedet me utitur valde familiariter. De ea, si me viderit, descendet. Hac molestia, nulla ex parte, eum afficiamus. A via secedamus!

Quotiescumque eis via nobiles occurrerant viatores, semper eundem sermonem prior dicebat: Secedamus, secedamus! Hic etiam inter familiares meos numeratur Ubi quodam temporis spatio non satis longo incesserunt, quemdam invenientes hominem qui lacera tam ac sordidam vestem ferebat nihil prior dixit. Tum alter: Ah!, inquit, redamus! Hic est familiarissimus meus. Statim ei prior jocose: Ejal, inquit, hujuscemodi sunt boni amici tui? O, alter respondit, tu tibi bonos cumulasti omnes, malos tantum mihi relinquens; nisi eos capiam quo me vertam?

PETRUS LÓPEZ, C. M. P.

*Villae Rosarii in Argentina.*

## Tempestas

Inclinat dies ad tenebras. Sol murice tingit nubes. Exhalat lacus nebulam. In ripa piscatoria navis, quae, impulsa remis, lacum scindit. In illa, Jesus, dulcis Nazarenus, intrepidus Petrus, Johannes, discipulus carus, et ceteri apostoli; omnes ad Jesum, ut oves ad pastorem, com mode navigant. Corpus Jesu in speculo limpharum conspicitur. Deaurata coma ventis fluctuat. In navicula fervet opus, Jesus ad puppim recedit. Dormit, cor vero vigilat.

Sedent gaviae supra vela. Eripiunt subito nubes caelum diemque Langues-

cit luna. Aether ignibus crebris micat. Ingenti fragore caelum strepit. Resonat tonitrum et totus remugit aer circum. Venti totum mare a sedibus imis ruunt et vastos fluctus ad litora volvunt

Insequitur apostolorum clamor  
«Jesus, autem, dormit».

Extemplo Petrus ingemit et ad Iesum tendens duplices palmas dicit: «Salva nos, Domine, perimus». Dicit ei Jesus: «Quid timidus es, modicae fidei?»

Tunc surgit, et manum tendit ad mare et imperat ventis, et tranquillitas magna est facta. Pax apostolorum animis reddit.

CONEJERO V., C. M. P.

## De Gumersindi deceptione

Quadam die perveniens hora sexta Gumersindus in urbem; fessus de via hanc scriptiōnem in pariete vidit:

«Deversorium: Singuli lecti tribus pesetis». Pro caeli sidera, inquit, tribus pesetis! mihi, mehercule, minoris erit et puncto temporis in lectum se introduxit ad dormiendum.

Tunc ad munditas faciendas servorum caterva venit et tumidam culcitam tundunt, atque Gumersindus, qui in utramvis aurem intus dormiebat, coepit inconditas voces edere. saltire atque illas gentes detestari; quae nec dormire nec requiescere sinebant.

Servi territi viciniā conturbaverunt dicentes: Malum! Malum! Larva est in lecto! Larva est in lecto! Custodes satellitesque adfuerunt praesto atque in lecto reppererunt universum Gumersindum, tot vivis ululantem.

C. M. ARIZ, C. M. P.

## DICCIONARIO GRIEGO - ESPAÑOL

Publicado bajo la dirección de Florencio I. Sebastián Yarza  
EDITORIAL RAMON SOPENA S. A. - Provenza, 95. - BARCELONA

# PALAESTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesclarum in Hispania et Luitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1048

## De Rufino Josepho Cuervo

Nuper in praestanti ephemeride «Razón y Fe» lucubrationem de R. J. Cuervo. anno centesimo recurrente ab ejus natali die, a P. Carolo E. Mesa, eleganter scriptam, perlegimus; et nobis in mentem venit, haud vanum esse et alienum, aliqua ex illa depromere, ad PALAESTRAE lectorum solacium et eruditioinem.

Natus est Bogotae, in urbe tunc temporis litteris florenti.

Puer et ludis gymnasticis et ingenuarum litterarum studio maximopere delectabatur. Fertur quibusdam curiosis imbutus cogitationibus, incidisse aliquando in mirificum propositum thesauri in infima domo absconditi cum fraterculo effodendi. Forte comprehendit pater consilium, et leniter eos avocans ab incepto, in diutino religiosoque labore quaerendas tantum opes admonuit. Et sane quidem, in ea quae illico subsecuta est tempestate, quam esset salutare patris monitum, didicerunt: pulsi igitur tum obitu patris, tum intestinis reipublicae bellis, in extremam egestatem inciderunt. At sollertia et diligentia et fratriis et sua, in priorem amplitudinem atque honorem domum extulerunt.

Itaque, aucta pecunia, Parisios statuerunt adire. Prius vero quam illic vitam degendam stabilirent, totam fere Europam, Arabiam, Palæstinam atque Aegyptum peragravit, oculis et auribus in quaecumque praestantiora et intellectu digna portatis.

### R. CUERVO PHILOLOGUS

Ab erudito Augustiniano Fr. Petro Fabo, acceperimus, vitae genus quod Parisiis degit Cuervo, uno verbo exprimi posse: «Scribere, scribere, scribere».

Primum ergo ipsius celeberrimum opus, «Gramática Latina» fuit, edita anno 1867, Michaële Antonio Caro comite et adjutore: hic syntaxim, ille analogiam conscripsit. Hujus ergo Grammaticae momentum et praestantia ab eo licet intelligere, quod vel ipsa Hispanica Academia laudibus eam sit prosecuta.

Eo ipso anno in lucem est eductus alias ejusdem liber: «Apunaciones críticas sobre el lenguaje Bogotano», qui certe ad provinciam uniuscujusque vocabuli per vestigandam perutilis est judicatus. Hujus quoque opere, genus dicendi, a Gallicis scriptoribus apud Columbianos deturpatum, ad atticum denuo splendorem reductum

est. Opus enim ajebat Raphaél M.<sup>a</sup> Merchán censor Cubanus, nunquam satis perlustratur; quidquam ex eo singulis diebus esset ephemeridibus edendum.

Simul atque has conficiebat «Apuntaciones» *Dictionarium* apparabat de Hispanici sermonis constructione et regimine. Quam pauci, ut Cuervo tam uberem litterarum fructum, in ipso flore juventutis sunt adepti. Atque haec cuncta paene solus, interdum a nonnullis tantum comitatus scribis. Horum fuit praecipuus Marcus Fidel Suárez, par Cuervo sapientia ac pietate Christiana; qui etiam praeses exstitit Reipublicae. «Brevi temporis lapsu, verba affero hujus clarissimi viri, unus ex ejus tribus scribis adfui, qui singula classicorum loca a Cuervo insignita, in singulis schedulis defigenda curabamus. Cum aliquando mihi librum diligenter annotatum porrigeret, haec addidit: «Illum exegi dum, matutino tempore, super amictum sedens, per menses aliquot ei pauca minuta dicavi».

Quae hujuscemodi exstant *Dictionarii* adversaria, ita auspicantur:

Aeternae Sapientiae lumine implorato,  
Petro et Paulo Apostolo auspicibus,  
opus hoc coepi; si, Deo volente, feliciter  
absolvam, «non nobis, Domine, non nobis,  
sed nomini tuo da gloriam».

Bogotae, III Kal. Jul. MDCCCI.XXII.

Ad hoc opus peragendum, multis erat variisque praeditus artibus: et Gothicam linguam, et Italicam, et Gallicam hodiernam et priscam, et Lusitanam, et Valaciam, et Germanam, et Anglicam, et Arabicam et Malajam, et Catalaunicam, et Vasconicam plane didiceret; non secus ac nonnullas Americae dialektos ut Caribam, Chibcham, Mexicanam, Quichuam aliasque.

Quam erat visu jucundum, punctum saltem temporis in ejus introspicere celum! Tunc cerneret libros super mensas sequentes parietum duorum; libros etiam super pavimentum, super fenestras, ille vero, velut lusor gymnaisticus, duos, qui in oppositis latent angulis, libros consocians mente, praecurrit instructus calamo, alta quidquam lexitat voce, super pagellam immoratur intentus, repetit impigre quae in mentem subveniunt loca opportuna et scribit ac deordinat tesseras *Dictionarii*.

Initio, res tantum dubias, classicorum exemplis producatis, dilucidare curavit. Postea vero, rerum usu duabus, iter devium cognovit. «Cum unaquaeque constructio ab etymologico prodiret vocabulorum sensu, sedulo ad usque tenuiores delicatoresque radices peruestigato, singuli articuli adeo perficiendi atque elaborandi visi sunt, quam si in ipso generali linguae *Dictionarii* essent prodituri.» (*Introducción*, pag. 3.<sup>a</sup>). Verumtamen, non regimen tantum aut constructio aperitur, sed etiam propria vel metaphorica singulorum verborum acceptio, eorumdem etymologia, apud vulgus trita significatio, legitima locutio, proprietatis denique et venustatis gradationes. Res igitur, uti Marcus F. Suárez aestimat, complexio est monographiarum perfectarum, quae omnem exhauiunt materiam. In uno tria cumulavit lexica: et vigentis sermonis, et classici, et formationis verborum.

Sed pro dolor, pars tantum penes nos exstat *Dictionarii*, usque ad D videlicet

cet litteram: Hic enim auctor sicut sit gradum. Quid eum ab incepto avocaverit? Variae significantur causae. Ab inclita Pardo Bazán haec afferuntur: tum textorum defec-tus, tum quod parum studii et observantiae in Hispania adipisceretur, tum demum Angeli fratriis e vita discessus qui consilio et juvamine cunctis in operibus adfuerat. Ipse autem Rufinus Dri García Calderón veras praebuit rationes: «Angor scrupulis. Ubique quidquam deficiens invenio, in ipsis quoque solidioribus affirmationibus: sapientia enim, quanto profundior, tanto timidior morosiorque. In unaquaeque schedula duos impendo menses. Olim Angelo adjuvabar fratre. Nunc solus, senis, invalidus, nullum meditor opus audax. Quibus si adjicias librorum editiones non prorsus probanda, ab incepto jamdiu pedem retardarunt».

Quoniam pacto susceptus est ejus labor? Haud magno studio in Hispania atque in America acceptum esse fructum philologi Bogotani aestimarem. Primum, opus ita permagnum atque illustre ut Dictionarium, non tantum in vulgus, sed nec etiam apud eos qui litteras colunt, diffundi poterat. In Hispania tamen cognitum statim elatumque est. Certe, si noster laudibus delectaretur, poterat et satis, his quae a clarissimo Menéndez y Pelayo, sive ab erudito Valera, sive a Johanne Mir, S. J. ei impertitiae sunt. Hujus saltem verba huc placet transcribere: «Pauci admodum ho-dierni adsunt qui litteras foventes pares Cuervo possint inveniri. In Columbia et in Congressu Internationali Americano, libentissimam aeris summam ei censuerunt».

#### BONARUM LITTERARUM CULTOR:

Politiores etiam coluit litteras; Rufini Cuervo locutio, — ut Gómez Restrepo verbis utar, — ob eruditionem atque intimam subtilitatem, pulra gaudet ingenuitate. Fidelissimis verbis efferebat mentis cogitata, eaque amplis in rationibus, quae classi-cum feliciter sociant vernaculo stilo, magnificentissime agitantur.

Si quid boni, in poësi religiosa quaesieris, ipse ajebat, antiqua carmina Ludo-vici Legionensis atque recentia Belisarii Peña recolas. Nimiis philologiae defatigatus studiis ad sanam ruris quietem, ut Leopardi vel Shelley oblectaretur operis, confu-giebat.

His locupletatus virtutibus, reftissimus appetet in judiciis de Didaci Uribe et popularis Julii Flórez carminibus, atque in prologo ad juveniles attici Gómez Res-trepo cantus, et praesertim in sapienti judicio de Hispanica Aeneidos versione ab Antonio M. Caro elegantissimis versibus exarata.

#### VIR OPTIMUS ATQUE CHRISTIANUS:

Haec externa scientiae et litterarum lumina fulrido sociavit virtutum nitori. In sermone comis et alacris, in omnes benevolus atque justissimus. Semper Christianam atque integerimam degit vitam.

Quamvis honoribus cumulatus atque oraculum philologiae et sapientiae habe-retur, semper apparuit modestissimus. Mira quoque fulsit benevolentia, qua om-nium animos in se convertebat. Bogotae, post aulam alumnulum domum defert;

Parisiis de socio, qui in Columbia versabatur, sedulus curat, eumque nummis adjuvat. Semper omnes benignissimus recipit.

Tertiae ordini franciscanae adscriptus ejusque regulis fidelissimus, pauperibus eleemosynas prodiga manu praebebat, eosque, amicis testantibus, propriis obtegebant indumentis. In testamento omnia Institutis beneficis bona et jura, patrias ephe-merides et libros Bibliothecae Parisiensi, cetera vero opera bogotanae legavit.

«Parisiis, ajebat M. A. Caro, cottidie Sanctae Missae adest, eademque ac Bogotae Christiana agit exercitia». Cuervo, «innocens puer» a Rodríguez Marín appellatus, caelebs permansit.

Virginis amantissimus, Scapulare Virginis Immaculatae omnibus praeferebat honoribus. Cottidie Rosarii coronam ad vesperum recitabat. In pignus amoris quaedam ingenua carmina filiali ductus amore dicavit.

Ita vixit praeclarissimus philologus, politus litterarum cultor, ferventissimus Christianus.

Magno scientiae ac virtutum comitatus splendore illud Columbiae ornamen-tum occubuit, sed ejus lumina Hispaniam et Americam omne per aevum illustra-bunt.

H. GARCÍA      A. CANALS, C. M. F.

## BIBLIOGRAPHIA

**Edelvives.** — *Lengua Griega*. Libro pri-mero. (Primeroy segundo Cursos). Editorial Luis Vives. Zaragoza. — Pesetas 16.

Jam nuper, cum in lucem prodibant, hujus Grammaticae paginas pervolvebam, quae quidem maxime placuerunt. Nunc vero in librum collectas semel atque iterum legimus, quin illa grata eva-nesceret memoria. Opus sine dubio op-timum maximeque laudandum, quod et auctorem commendat et accuratam ty-porum speciem. Opus tamen ab omni-bus vel minimis, non dicam erroribus sed naevulis purgatum velim, quorum nonnullos significare audeo, qui proxi-mis editionibus expurgantur.

Verborum quandoque apices per-pe-ram notantur, e. gr. in flexione Attica (pp. 33, 34, 36), quae semper primitivum retinet accentum, legibus accentuum non obstantibus (Cfr. J. ALEMANY BO-LU-FER, *Gramática de la Lengua Griega*, Edit.

Aldecoa, 2.<sup>a</sup> Ed. 118, n. 2; J. BERENGUER AMENÓS, *Gramática Griega*, 3.<sup>a</sup> Ed., N. 52, 2). Idem dicendum in paradigmate quo vox δώρον flectitur (p. 32); casus non-nulli, apice notandi acuto, circumflexo acuuntur: v gr.: δώρου, δώρω, δώρων, δώ-ρος, cet.

Perbene congruentiae grammaticae Latinae et Graecae indicuntur itemque verborum sensus verbo Latino signatur, nam saepius Latina vox vel minimum exprimit discrimen. Verba Latina rectius parenthesi notentur oportet; Hispani-cam tamen vocem, principem, adhibere semper juvabit.

χακός, χακίων (*pejor*), peor moralmente malo, χείρων (*deterior*), peor en calidad, etc.

Optime cetera, quae tamen interdum breviore modo pro alumnis scribenda essent. Concinne expressa magis delec-tant magisque memoriae infiguntur, si pressius dicantur.

MICHAEL RAMOS, C. M. F.

# Cursus Gymnasticus

## TULLIUS TIRONI S.

Ego vero cupio te ad me venire, sed viam timeo. Gravissime aegrotasti, inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es; graves solent offendentes esse ex gravibus morbis, si quae culpa commissa est; jam ad id biduum quod fueris in via, dum in Cumamnum venis, accedent continuo ad redditum dies quinque. Ego in Formiano ante diem III Kal. esse volo. Ibi te ut firmum offendam, mi Tiro, effice.

Litterulae meae sive nostrae tui desiderio oblanguerunt, hac tam en epistula, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pompejus erat apud me, cum haec scribebam, hilare et libenter. Ei cupienti audire nostra, dixi sine te omnia mea muta esse. Tu musis nostris para ut operas reddas Nostra ad diem dictam fient; docui enim te fides ἔτυπον quod haberet. Fac plane ut valeas. Nos adsumus. Vale. XIV Kal. (Ad fam. 16, 10).

### ADNOTATIONES

Tullius Tironem servum ex moribus, fide, ingenio litterisque maxime diligebat, eoque scriba in conscribendis libris utebatur. Ad eum hanc epistulam scribit XIV Kal. majas a. 710 ab U. C., 53 a. Ch. ex Cumano praedio, ut videtur.

**TULLIUS TIRONIS.** — Apud Ciceronem praenomen et cognomen nobilitatis signum prae se ferunt; apud plebejos vero nomen gentilicium cum cognomine usurpatur. In epistulis, quas ad non familiares mittit, praenomen, nomen, cognomen Tullius adhibet; sed vel solum praenomen vel solum nomen vel solum cognomen saepissime, cum ad eos, quibus familiaritate conjungebatur: Marcus Quinto fratri sal., Tullius Tironi s., Cicerone Attico sal. Cfr. «Quod sine praenomine familiariter, ut debebas, ad me epistulam scripsisti...» Ad fam. 7, 32, 1.

**VERO.** — Primaevus hujus conjunctio-  
nis sensus fuit affirmativus; deinde in  
adversativum transit: *Tibi et fuit hoc  
semper facilimum et vero* (y ciertamente)  
*esse debuit.* Ad. Q. fr. 1, 1, 7. **EGO VERO:**  
*si, es verdad (por mi parte).*

**CUPIO TE VENIRE.** — Animadverte constructiones: *cupio aliquid*, deseo algo; *cupio alicui*, me intereso por alguno, le favorezco; cum infinitivo: *dissoluti si cupiamus esse.* CIC. Verr. 4, 115; cum infinitivo et accusativo subjecto: *Cupio me esse clementem.* CIC. Cat. 1, 4; cum infinitivo perfecto passivo: *Patriam extinctam cupit.* CIC. Fin 4, 66. Aliquoties etiam subjunctivum cum particula *ut* vel *sine ea inventes.*

**TIMEO VIAM.** — Temo el camino (que has de hacer). — *Timeo Antonio:* temo por Antonio.

**INEDIA.** — *in edia = non edere.* Inedia, ayuno. — Ablativum causae.

**OFFENSIONES.** — *indisposiciones, recaidas*

**EX.** — Causam denotat.

**GRAVES.** — *De cuidado;* praemittit adjectivum (graves) illudque a substantivo (*offensiones*) separat, ut vim adjiciat atque attentionem conciliet.

**SI QUAE.** — *si quis, si quae, (si qua), si quod, cet.:* post particulias *si, sive, sin, ne, num, an, saeplus quis, quae, quod adhuc*

**betur; invenies tamen et aliquis:** «Si quid est in me ingenii .. aut si qua exercitatio dicendi... aut si hujusce rei ratio aliqua». CIC. P. Arch. 1, 1. Adhibendum tamen aliquis in oppositione membrorum: «Si sit aliqua res publica .. sin autem: nulla...» CIC. Ad fam. 4, 8, 2.

**COMMISSA EST.** — Si se ha cometido algún descuido. Indicativum adhibet quod factum reale exprimit.

JAM. — Por otra parte, (*y además*).

BIDUUM. — Ex bis et dies.

**FUERIS.** — Futurum perfectum, prius factum quam accedunt (fut. imp.).

**DUM VENIS.** — Dum praesenti effertur indicativi, etiam si rem praeteritam vel futuram designet: «Dum haec in colloquio geruntur...» CAES. B. G. 1, 46, 1 «Te id prorsus scire volui, si forte abesse, dum facinus patratur (cum patrabitur), malles». T. LIV. 23, 8, 10.

**IN CUMANUM.** — In praedium quod Tullius Cumis habebat. Distingue: *in Cumanum, Cumas*.

**CONTINUO.** — Sin interrupción, seguidos. Saepe adverbia Latina adjetivo Hispanico vertenda sunt; cfr. infra. *hilarre et libenter, alegre y complacido*.

**IN FORMIANO.** — Allud praedium quod Formis possidebat.

**ANTE DIEM III KAL.** — Invenies et *III Kal.* cfr. infra: *XIV Kal.*

**EFFICE UT.** — Verbum voluntatis. Composita ex *facio* cum particula *ut* construuntur (cfr. tamen Ov. Fast. 3, 683). In verbo simplici *facio*, saepius omittitur. — Cfr. etiam *efficere ne, quominus, effici non potest quin.*

**OFFENDAM** — *Offendere, encontrar:* «*Omnia aliter offendit ac juss erat*». CIC. Rep. 1, 59.

**LITTERULAE MEAB.** — Diminutivum, quod animi amorem significat: *nuestros queridos estudios*.

**DESIDERIO TUI.** — *por el sentimiento de tu ausencia; tui est objectivum.*

**OBLANGUERUNT.** — *Han quedado sin vida, han languidecido.* Praefixum ob saepius verbi simplicis sensum complet ac perficit: *terere - obterere* (aplantar, destruir), *dormire - obdormire* (dormir profundamente)

**SUSTULERUNT.** — *Praet. ex tollo.*

**APUD ME.** — *Apud designat personae propinquitatem (vel in domo alicujus esse); ad, apud, rei vicinitatem: «Habavit apud me», en mi casa, en mi compañía. Tullius dixerat etiam: «Fuit ad me; sane diu», estuvo en mi compañía largo tiempo.* Ad Att. 10, 4, 8.

**ERAT... SCRIBEBAM.** — Imperfectum epistulare.

**AUDIRE NOSTRA.** — *Enterarse de nuestros asuntos; cfr. alias; «De malis nostris tu prius audis quam ego».* CIC. Ad Att. 7, 21, 1; «ex, de, ab aliquo audire», oír de boca de uno: «Ab Hispanis jam auditur» CIC. Ad Att. 10, 12, 2, se recibirán pronto noticias de España».

**SINE.** — Tullius absque nunquam adhibuit.

**MUSIS NOSTRIS.** — *Prepararse para entregarte de nuevo a las musas, a nuestros estudios; MUSAE, pl., estudios, ciencias.*

**NOSTRA.** — *Mis promesas para contigo (de darte la libertad).*

**AD.** — Sensu temporali et determinato: »Ad diem». CAES. B. G. 2, 5, 1, «ad diem dictam», en la fecha prefijada, en el dia que determiné.

**FIDES.** — Promesa; *fides, fido.* Cfr. *dācem, redūcis, dāco; rēgo, rēgem, rēgina; lēgere, lēgem; rōcem, rōco.*

**ĒTYMOS.** — Verdadero, real; *ētymos*, sentido verdadero, real, etimológico. Tullius in verborum desinentiis fient et fides haere-re et ludere videtur, quasi ex eadem ra-dice promanarent.

**HABERET.** — Nota temporum consecutionem et discrimen inter Hispanicum et Latinum sermonem; post tempus secundarium (et perf. logicum), Latine adhibetur praeteritum *imperf. si* sententia exprimitur generalis; Hispanice vero, *perfectum*: «In libro secundo quaesitum est quid esset rhetorice». QUINT., qué es.

**FAC UT.** — Saepe sine particula *ut:* «*fac valeas*». «Fortem fac animum habeas».

**NOS ADSUMUS.** — Aptior versio forsan sit: *yo estoy a punto; praesto sum; ad quid? ad libertatem tribuendam?*...

## *Cernite athletam!*

*Curribus campus trepidans laborat,  
Aestuat claris stadiumque arenis...  
Cernite athletam, properum regentem  
Cernite currum!*

*Advolat lauris rutilans quadriga,  
Pulverum fulvo comitata nimbo,  
Impetu audaci celeres superba  
Surgit in auras.*

*Terga praefusus luit ampla sudor;  
Pectora extollit fluitans Triumphus,  
Candida in collis agitatur unda  
Vivida crinum.*

*Cernite athletam stadii colossum!  
Vortice raptam furia quadrigam  
Temperant loris rigidis lacertia  
Marmore sculptis.*

*Fervidos sulcos rota dicit ardens,  
Luminis fluctus, equus, axis, heros,  
Barbaro et ventus recinunt triumphi  
Carmina rhythmo.*

*Cernite athletam, properumque currum!  
Hellados marmor, studio citatum  
Gloriae, exardet redimire divo  
Tempora lauro.*

ALOISIUS CANALS, C. M. F.

## *¡Ved el atleta!*

*Cruje la pista del estadio olímpico,  
Hierve la arena del glorioso ruedo...  
Ved el atleta con el ágil tiro  
De albos corceles!*

*Vuela hacia el triunfo la cuadriga es-  
[pléndida  
Que alza un gigante torbellino de oro...  
Ebria de audacia y en soberbios ímpetus  
Se echa a los vientos.*

*Amplios los torsos, de sudor relucen,  
Rauda los pechos la Victoria empina,  
Y en las cabezas níveas ondulan  
Vividias crines.*

*Ved el atleta, semidiós pagano!  
En la carroza que arrebata el vértigo  
Tensa la brida, los marmóreos brazos  
Rígidos pujan.*

*Surcan la arena las rusientes llantas;  
Carro, corceles, viento, luz y auriga  
Cantan en ritmo luminoso y bárbaro  
Odas de triunfo.*

*Ved el atleta con su rudo tirol  
Es griega estatua que despierta en ansias  
De ínclito lauro por ceñir su diva  
Frente marmórea.*


MARIANUS MOLINA, C. M. F.

## Anuario de la Enseñanza Privada en España

editado por la FEDERACIÓN DE AMIGOS DE LA ENSEÑANZA (F. A. E.)

Venit apud ESCELICER S. L. - Héroes del Mes de Agosto, 6. MADRID

# NOVA ET VETERA



PICTURA 7.<sup>a</sup> DE DOMO EJUSQUE CONSTRUCTIONE

JOHANNES.—Scire velim, patrue, quo modo aedes exstruatur.

PATRUUS<sup>80</sup>.—Facile id quidem est, carissime; veni mecum tibique ostendam quam Dnus. Bernardus<sup>79</sup> aedificandam curat, et in qua ego habitabo.

JOHANNES.—Quisnam hujus domus descriptionem<sup>76</sup> deformavit?

PATRUUS.—Architectus<sup>75</sup> qui quidem dilucidam delineationem exhibuit, quae comprobata est, et redemptor<sup>77</sup> operam rei impedit.

JOHANNES.—Quis est redemptor?

PATRUUS.—Dominus Petrus, Jacobi, amici tui, pater. Ipse operas cum Dno. Vincentio architecto moderatur. En tibi, commodum, Dnum. Petrum cum regula<sup>78</sup> ac Dnum. Vincentium cum aedificii figura. Salvete, Domini, ut valetis?

Dnus. VINCENTIUS.—Plane belle, gratia tibi; salve, Johannes; ut adolevit puer!

PATRUUS.—Profecto, parvulus est vir, et gravior; eum de omnibus quae videt, certiorem facere oportet. Hodie quo modo domus aedificetur scire appetit.

Dnus. PETRUS.—Tum, bone amicule, veni mecum; rem [totam] tibi explicabo, pueros enim, qui institui cupiunt, valde amo. Videsne operarium, qui palam<sup>81</sup> in

manu habet? Ipse lacunarius <sup>81</sup> est, qui fossam <sup>46</sup> cavat ad aquas inducendas. Ipse quoque solum fodit eo loco ubi domus est, ut caementarius desuper quatuor parietes erigeret. Eam parietum partem, quae infra terram est, fundatum <sup>21</sup> appellamus; spatium vero, quod in fundamentis continetur, subterraneum <sup>3</sup>; quod fenestellam —spiraculum <sup>5</sup> nomine—, habet cum ostiolo <sup>4</sup> et scalis. Caementarius <sup>108</sup> muros erexit, lumina quaedam relinquens ad fores <sup>8</sup>; fenestrasque <sup>17</sup>.

JOHANNES.—At hunc caementarium ego non video.

Dnus. PETRUS.—Modo finem laborandi in aede imponit. Prope stabulum <sup>54</sup> in vara <sup>10</sup> est; parietem lavatorii <sup>56</sup> exstruit. Trullam, alveum, perpendiculum <sup>109</sup> habet; at tu haec vocabula memoria non tenebis.

JOHANNES.—Tenebo equidem, nam a patruo trullulam et alveolum expostulabo et ipse ego perpendiculum cum funiculo conficiam.

PATRUUS. — Ah! perbelle se habet; sed dic mihi, Johannes, quid opus sit ad domum aedicandam.

JOHANNES.—Opus est lapidibus quadratis <sup>59</sup> et arenato <sup>65</sup>.

PATRUUS.—Optime, videsne in plaustro <sup>136</sup> hominem magna causia coopertum? Plaustrarius <sup>135</sup> est, cottidie advectat saxorum moles <sup>60</sup>; plaustum in area exonerat atque lapicidae moles caedunt et serra lapidea <sup>83</sup> secant. Onerarius <sup>140</sup> vero, ad structorem adsportat, qui eas collocat. Interea arenarius <sup>87</sup> arenatum praeparat. Opus habet arenā <sup>62</sup>, calce <sup>63</sup>, aquā <sup>64</sup>. Calx in sacco <sup>71</sup> juxta eum est. Onerarius struktur <sup>111</sup> in plostello <sup>112</sup> arenam ei advehit, tiro <sup>113</sup> autem est in antlia <sup>58</sup>, situlumque <sup>114</sup> implet. Arenatum cito conficitur, quod bajulus <sup>107</sup> accipit et per scalas in tabulatum effert, ubi struktur, qui domus latus perficit, laborat. At quo modo vocatur operarius qui tectum <sup>31</sup> integit?

JOHANNES.—Tegularius est.

Dnus. PETRUS.—Ita sane, sed primum [ibi] tignarius <sup>115</sup> est; ipse materiationem <sup>37</sup> efficit, trabes <sup>35</sup> epigris <sup>117</sup> conjungit. Illi operaे, qui supra sunt, amplis ex velluto bracis induti, tignarii sunt. Alter tigillum habet, alter vero securi <sup>116</sup> epigrum secat. Juxta caminum <sup>41</sup> tegularius est; in tignis asserculos configit in iisque scandulas <sup>66</sup> (ex ardesia), alias, tegulas ponit. Stabuli tectum ex tegulis <sup>55</sup> est, domus autem ex ardesiis <sup>31</sup>, pergulae vero ex zinkio <sup>24</sup>.

JOHANNES.—Tegularius efficit quoque tecta ex zinkio?

Dnus. PETRUUS.—Nequaquam, sed zinkarius <sup>121</sup> seu plumbarius, ille opifex qui in domus techo fenestellam <sup>38</sup> perficit. Subgrundam <sup>43</sup> et collicias <sup>44</sup> etiam collocat; zinkium et orichalem conferrumnat. Ipse fulminivōrum <sup>40</sup> et in fastigio <sup>56</sup> ventorum indicem <sup>39</sup> infixit.

JOHANNES.—Ergo domus finita est?

Dnus. PETRUS.—Haud omnino. Gypsator <sup>99</sup> lateribus <sup>61</sup> parietes intergerivos exstruit, qui domum in plura membra dividunt. Laquearia <sup>26</sup> et muros gypsat; modo pergulae <sup>33</sup> camēram perficit, habetque, ut caementarius, trullam <sup>100</sup> et alveum <sup>101</sup>. Deinde lignarius fores, fenestras, coassationes <sup>16</sup>, fenestraeque valvas

efficit. Nunc in area in scamno <sup>90</sup> laborat, serram <sup>94</sup> habet ut scindat ligna, runcinam <sup>91</sup>, ansam ferream <sup>92</sup>, scalprum <sup>94 bis</sup>, circinum <sup>95</sup>, malleum <sup>95 bis</sup>.

JOHANNES.—Ah! Plus oblectationis habet tignarium quam caementarium esse. Scamnum, bone patrue, serram, runcinam mihi emitio, nam caveam nostro Metrodoro conficiam.

PATRUUS.—Optime, fili mi.

JOHANNES.—Ut gaudeo! Et hic qui ad januam stat, quis est?

Dnus. PETRUS.—Pictor <sup>102</sup>; super scalas <sup>106</sup> est cum picturae fidelia <sup>103</sup> et penicillo <sup>104</sup>. Januam depingit ut diutius perduret. Ipse quoque in diaetis chartam parietinam adglutinat. Artifex vero polymitarius <sup>107</sup> est super scalas <sup>106</sup> in maenianis, velum collocat. Operarius, qui prope magnam fenestram, ipse est vitrarius <sup>96</sup> vitra <sup>18</sup> cum glutino <sup>73</sup> ponit. Ille alias genuflexus juxta caveae portam est clavicularius <sup>97</sup>, seram ponit; juxta eum est lima <sup>98</sup>.

JOHANNES.—Estne etiam clavicularius, qui ferri laminam malleo tundit?

Dnus. PETRUS.—Fabrum ferrarium potius dixeris. Ferri laminam <sup>67</sup> fabro electrico <sup>104</sup>, qui est in vehiculariae testo <sup>51</sup>, fabricatur. Caminum <sup>106</sup>, incudem <sup>107</sup>, forcipem <sup>108</sup> habet. Electricus cupreum telephonii filum <sup>44</sup> insternit.

PATRUUS.—In intima area <sup>45</sup>, juxta clatros <sup>47</sup>, et vehiculariae portam <sup>48</sup>, hortulanum <sup>109</sup> vides, qui hortum <sup>49</sup> componit; pala <sup>131</sup> terram fodit, grana seminat atque rastello <sup>130</sup> radit. Deinde nasiterna <sup>132</sup> pulvinos <sup>150</sup> rigabit et stirpes prodibunt. Servus a jumentis, qui equum curavit eique cibaria praebuit, raedam <sup>51</sup> spongiā, antliā manuariā <sup>134</sup>, situlā absterget. Deinde in vehiculariam inducet atque praegrandi vesti <sup>53</sup> portam occludet. Contentum te esse spero, plures enim explicationes tibi redditae sunt.

JOHANNES.—Ita sane, patrue; sed intimam domum inspicere velim.

PATRUUS.—Id in crastinum. Dominus Vincentius domus speciem tibi explicabit atque uniuscujusque membra nomen significabit.

## DOMUS INTERIORIS COMPOSITIO

ARCHITECTUS.—Accede, Johannes, domus membra mecum lustrabis. Ingrediamur pede plana <sup>7</sup>. En tintinnabuli pulsabulum <sup>11</sup>; tres scalariae <sup>9</sup> gradus <sup>14</sup> ascendimus, januae <sup>8</sup> limen <sup>10</sup> transimus et ad imas scalas <sup>13</sup> sumus.

JOHANNES.—Hae sunt fauces.

ARCHITECTUS.—Nequaquam, sed vestibulum <sup>12</sup>. In extrema parte sunt fauces (*a*); ad dexteram exēdrām vides atque cenationem (*e*); ex adverso cenationi sunt culina (*d*) et cella penuaria (*e*); in priore vero parte est studiorum zotheca (*f*). Pergula <sup>23</sup>, januā vitrēa <sup>25</sup> instructa, est prope exedram. Scalām ascendimus, lorīcam <sup>15</sup> apprehende atque gradus numera, quattuordecim sunt; en tibi scanīle majus (*m*); ad primam contignationem <sup>27</sup> pervenimus. E regione scalarum latrīnae <sup>20</sup> sunt cum cella comatoria (*j*); ad dextram commodū cubiculum (*g*) cum duobus fenestrīs quae ad domus frontem <sup>1</sup> prospiciunt. Ad laevam, baliūnum (*l*) et cubiculum hospitale (*i*) cum magno conclavi. Juxta dormitorium

est puerorum cubiculum (*k*); in amplum solarium <sup>21</sup> vergit, sub coque aliae sunt sellae familiaricae <sup>20</sup>, atque ad murum tintinnabulum <sup>22</sup> vides, quod ad cibum sumendum vocet.

JOHANNES.—Ad superiorem contignationem progrediamur.

ARCHITECTUS.—Non est alia. Sub te<sup>c</sup>to tantum sunt cenacula <sup>23</sup> et horreum <sup>24</sup>. Aedium inspectio absoluta est; descendamus.

JOHANNES.—Benigne, mi Domine, res est perjucunda. Patri quaecumque vidi, narrabo.

## VOCABULARIUM

- |   |   |
|---|---|
| 76 domus descriptio, species, figura, <i>plano (de una casa)</i> , plan.    | 115 tignarius, ii, m., carpintero, charpentier.                                 |
| 75 architectus, i, m., arquitecto, architecte.                              | 37 materatio, onis, f., armadura, charpente.                                    |
| 77 redemptor, conductor, oris, m., maestro de obras, entrepreneur.          | 35 trabs, bis, f., eiga, poutre.  |
| gratia tibi; benigne est, <i>gracias, merci.</i>                            | 117 epigrus, i, m., paxillus, i, m., clavija, cheville.                         |
| parvulus est vir, <i>es un hombrecito, c'est un petit homme.</i>            | vel(l)utum, (vellusum), i, n. (Du CANGE), pâna, ( <i>terciopelo</i> ), velours. |
| 82 pala, ac, <i>pala</i> ; 131: <i>azada</i> , pelle.                       | tigillum, i, n., vigueta, petite poutre.  |
| 81 lacunarius, ii, m., <i>terraplenador</i> , terrasier.                    | asserculus, i, n., (ambrices, cum, f. pl.), lits-tón, -es, latte.               |
| caementarius, ii, m., structor, oris, m., <i>albañil</i> , maçon.           | 66 scandula, ac, (ex + ardesia), pizarra, ardoise.                              |
| 3 subterraneum, cella subterranea, cavea, sótano, cave.                     | 24 *zinkium, ii, n., zinc, zinc.  |
| 5 spiraculum, i, n., <i>respiradero</i> , soupirail.                        | 121 *zinkarius, ii, m., obrero en zinc, zingueur.                               |
| 110 vara, ae, (tabulatum, i, n.), andamio, échafaudage.                     | 43 subgrunda, ae, canalón, chéneaux.  |
| 56 lavatorium, ii, n., <i>lavadero</i> , buanderie.                         | 42 colliciae, arum, f. pl., canales, gouttières.                                |
| trulla, ae, <i>llana, (trulla)</i> , truelle.                               | orichalcum, i, n., bojalata. fer blanc.   |
| alveus, i, m., cuezo, auge.   | conferruminare, soldar, souder.   |
| 109 perpendicularum, i, n., <i>plomada</i> , fil a plomb.                   | 40 *fulminivòrum, i, n., (*fulminar, áris, n.), pararrayos, paratonnerre.       |
| 59 lapis quadratus, piedra de sillería, pierre de taille.                   | 39 ventorum index, veleta, girouette.   |
| 65 arenatum, i, n., mortero, mortier.                                       | 99 gypsator, oris, m., yesero, plâtrier.  |
| 135 plaustrarius, ii, m., carretero, charretier.                            | intergerivus, i, seu craticius, ii, (suppl. parties), tabique, cloison.         |
| 60 moles saxorum, bloques de piedra, blocs de pierre.                       | membrum, i, n., pieza, pièce.   |
| 83 lapicida, ae, m., quadratarius, ii, m., picapadrero, tailleur de pierre. | laquear, lucunar, aris, n., cielo raso, plafond.                                |
| 140 + onerarius, ii, m., obrero, jornalero, manoeuvre.                      | gypsare, (trullissare), enlucir, enduire de platre.                             |
| 87 + arenarius, ii, m., amasador, gauche-mortier.                           | 3 pergula, ae, galería cubierta, veranda.                                       |
| 111 + onerarius structor, peón de albañil, aide-maçon.                      | caméra, ae, bóveda, voûte.  |
| 58 antlia, ac, bomba, pompe.  | 16 coassatio, onis, f., (contabulatio, onis, f.), piso, pavimento, parquet.     |
| 214 situlus, i, m., (-a, ac, f.), cubo, seau.                               | 19 valvae, arum, f. pl., (portula, ac), postigo, ventanillo, volet.             |
| 107 + bajulus, i; m., peón, porteador, porte-mortier.                       | 91 runeña, ac, cepillo, rabot.  |
| 118 tegularius, ii, m., traſtejador, couvreur.                              | 92 ansa ferrea, (retinaculum), barrilete, valet.                                |
|   | 94 bis) scalprum, i, n., cincel, ciseau.  |
|   | 95 bis) malleus, i, m., mazo, maillet.  |
|   | cavea (canis), perrera, niche.  |
|   | 107 fidelia, sinus picturæ, bote de pintura, pot de peinture.                   |

- diaeta, ae, *cuarto, habitación, appartement.*  
*charta parietina, papel para las habitaciones,*  
*papier dans les appartements.*
- 105 (artifex) polymitarius, *tapicero, tapissier.*  
 28 maeniana, um, *fere n. pl., balcón, balcon.*  
 73 glutinum, i, n., (*gluten, iñis, n.*), *masilla,*  
*mastic.*
- 97 clavicularius, ii, m., *cerrajero, serrurier.*  
 6 sera, ae, *cerradura, serrure.*
- 124 (faber) electricus, *electricista, électricien.*
- 51 \*vehicularia (*scil. cella*), stabulum, i, n., *co-*  
*chera, rémise.*
- 47 clatri, orum, m. pl., *reja, grille.*
- 130 rastellus, i, m., *rastrum, i, n., rastrillo, râteau.*
- 132 nasiterna, ae, f, *regadera, arrosoir.*
150. pulvinus, i, m., (*hortensis lira*), *arriate, plate-*  
*bande.*
- 134 + antlia manuaria, *bomba, pompe.*
- 53 vectis, is, m., *cerrojo, verrou.*  
 7 pede plana, *planta baja, rez-de-chaussée.*
- 11 + tintinnabuli pulsabulum, *pulsador, botón*  
*de timbre, bouton de sonnette.*
- \*scalaria, ae, *escalinata, perron.*
- gradus, us, m., *escalón, marche.*
- a) fauces, ium, f. pl., circuitio, onis, f, *corredor,*  
*corridor.*
- b) exēdra, ae, *salón, salon.*
- c) cella penuaria, *repostería, despensa, office.*
- f) studiorum zotheca, (*tablinum, i, n.*), *despa-*  
*cho, cabinet de travail.*
- 15 lorica, ae, *pasamanos, baranda, rampe.*
- m) scansile majus, *descanso, meseta, palier.*
- 20 familiarica, ae, (*scil. sella*), *retrete, cabinet*  
*d'aïances.*
- j) +cella comatoria, *tocador, cabinet de toilette.*
- i) cubiculum hospitale, *cuarto de huéspedes,*  
*chambre d'amis.*
- h) conclāve, is, n., *alcoba, alcôve.*
- 33 cenaculum, i, n., *descán, bubardilla, man-*  
*sarde. (1)*

## EXERCITATIONES

PETRUS. — (*absens a schola*) Dic mihi  
 bone Johannes, quam picturam ma-  
 gister in aula latinitatis hodie vobis  
 explicavit.

JOHANNES. — Pulchram sane: de domo  
 ejusque constructione sermonem fe-  
 cit. Forte in chartario picturam defe-  
 ro; en illam.

PETRUS. — Bellissiman! sed quot res  
 lingua latina haud facile exprimen-  
 dae...

JOHANNES. — At magister quo gaudet  
 ingenio omnia probe explicat. Quae-  
 dam et ipse ego recolam, nam me-  
 moria teneo atque in adversariis pau-  
 ca notavi. Hic operatus qui palam in  
 manu habet est lacunarius, qui fos-  
 sam cavat ad aquae ductum.

PETRUS. — Siste parum: explicavitne vo-  
 cem illam «lacunarius».

JOHANNES. — Id facile quidem; «lacuna-  
 riusr» dixit quia terrae *lacunas* im-  
 plet.

PETRUS. — Optime, prosequere

JOHANNES — Caementarius quottuor  
 primarios parietes erexit; fundamen-  
 tum infra terram substruxit; illudque  
 spatium quod ibi continetur magister  
 caveam seu subterraneum vocavit.

PETRUS — Sed quo modo caementarius  
 parietes extruxit?

JOHANNES. — Artis scilicet aedificatoriae  
 instrumentis: trulla, alveo, perpen-  
 diculo. Adhibet praeterea arenam,  
 calcem, aquam, quibus arenatum  
 conficitur; eoque lapides quadratos  
 coagmentat. Caementarium adjuvan-  
 lapidae, onerarius, bajulus-

PETRUS. — Suntne alii huc operi inten-  
 ti?

JOHANNES. — Tignarius qui materia-  
 nem effecit, atque trabes epigris seu  
 paxillis desigit. Tegularius quoque qui  
 tegulas seu scandulas ponit. Zinkari-  
 riis denique subgrundam, collicias,  
 fulminivorum, ventorum indicem col-  
 locavit, cetera ..

(1) Vocem hispanicam *bubardilla*, que fenestrā supra teānum prominentem significet, latine *fenestellam* seu *spiraculum* vertes.

Versio latina opusculi *Livret explicatif des Tableaux Delmas*, editorum licentia prodit: jura proprietatis vindicantur  
 JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

119 - 236. *Encuentro de Diómedes y Glauco.* Mientras Héctor marcha a la ciudad, el poeta va a describirnos un singular combate entre πρόμαχοι campeones; mas el combate no tiene aquí efecto, pues los dos héroes se reconocen ligados por antiguos y sagrados lazos de hospitalidad y todo termina con el cambio de armas entre los guerreros.

119. Ἰλαῦκος], caudillo, junto con Sarpedón, de los licios; cf. B 876.

120. μεμαῶτε], «enardecidos» para el combate; ptc. del pf. μέμνωνa pl. μέμα-  
μεν, raíz μεν «pensar» como lat. *mens*, *memini*.

123. φέριστε] = βέλτιστε. ὄπαντας ὑπερφέρων. La raíz φερ- «llevar» da directamente los superlativos φέριστος y φέρτατος y el comp. φέρτερος «más fuerte», que puede soportar (φέρειν) más que otro.

124. μεν], aquí = μήν. — ὄπωπα], sobreentendido σε; pf. de la raíz ὄπ-, la misma de ὄσσε(=okw - ye) lat. *oculus*; el pres. ὄραω, de otra raíz: autonomía de los temas verbales. — χωδιανείρα], «ilustre, gloriosa», porque da gloria (χῦδος) a los hombres; dicho también de la junta o reunión de caudillos, (ἀγορά), porque en la fuerza y la palabra se muestran las virtudes varoniles; cf. Y 440-1.

125. προβέβηκας], «cunctis antecelluisti audacia tua cum meam lanceam man-  
sistis» (ΒΟΤΗΕ). — ἐ], «por el hecho de que»; afirmación de un hecho (de ahí ἔπεινas en ind.) que luego se concibe como causa y explicación de otro; lo mismo lat. *quod*.

127. δυστήνων], «hijos de padres desgraciados son los que se oponen a mi valor»; es decir, desgraciado el padre cuyo hijo se enfrente conmigo. El padre del guerrero muerto es más desgraciado que éste; cf. X 38-76 en que Príamo exhorta a Héctor, cuya muerte presiente; δυστήνων al principio del verso, para hacer resaltar la seguridad de la desgracia.

128. τὶς ἀθανάτων], Diómedes no tiene ya aquí la virtud que se le concediera en E 127 y sigs. de reconocer a los dioses que en forma de mortales intervienen en la batalla. — κατ'... εἰλίξλουθας], «bajaste», de κατέρχομαι.

129. μαχούμην], «no quisiera luchar»; opt. de deseo. Sin embargo, Diómedes luchó en el canto anterior contra Afrodita y el mismo Ares; mas ello fué por incitación y con ayuda de otra diosa, Atena; vuelta ésta al Olimpo, el héroe vuelve a la antigua piedad que prohibía combatir a un dios.

130. οὐδέ]. La negación se repite enfáticamente. — Λυκόρης]. Licurgo, rey de los Edones junto al Estrimón; expulsó a Dióniso e hizo prisioneras a las bacantes y a los sátiro que las seguían; pero el dios, en castigo, le volvió loco. El culto de Dióniso es de origen tracio y la leyenda de Licurgo es un documento de la resistencia que dicho culto encontró, como luego habría de suceder en Grecia y finalmente en Roma. De él se originaron la tragedia y la comedia.

131. δῆν ἦν], «vivió largo tiempo»; sobre δῆν cf. A 416; para el pensamiento, E 407 sig. — ἔριζε], «contendió», luchó.

132. μαινομένοι], «furioso», delirante y que también enfurece a sus seguidores; alusión al tumulto y furor de los ritos y fiestas dionisíacas. — τιθήνας], «ondrizas», las ninfas que criaron al dios, llamadas a veces Híadas, y también, como posesas del dios μαινομένοιο, μαινάδες «ménadas».

133. ἡγάθεον], «muy divino», alargamiento métrico de la inicial por ἀγάθεος (ἀγα + θεός); cf. ἡμαδέεις (ἀμαθος), ἡγεμόεις (ἀνεμος). — Νυσκίων], monte de Nysa, que se sitúa vagamente en Tracia, como lugar del culto dionisiaco.

134. θύσθλα], «los tirsos» o ramos que llevaban las bacantes.

135. βουπλῆρι], «con la aguijada», con que se punza a los bueyes; de βους + πληγή- de donde πλήρωσι, πληγή, etc.

137. δεδιστα], Vulg. δειδιστα: «tembloroso», atemorizado; del pf. δέδισα (Vulg. δειδω) cf. 99. — ὁμοκλῆ] = ἀπειλη (SCHOL.); gritos de amenaza.

138. ὁδύσαντο], «se irritaron»; de ὁδύσαμαι, dicho generalmente de los dioses; cf. a 62 en que por etim. popular se relaciona con ὁδύσαεύς; lat. *odi*, *odium*. — φειδα ζωντες], «felices» facile viventes, en contraste con los οἰζυροι βροτοι, que comen el fruto de la tierra y han de ganárselo con su trabajo: ἀνδρες ἀλφησται ζ. 8.

139. ἔθηκε], «fecit» que se corresponde exactamente en raíz y sentido. — έτι δηγ = δέγη, que prolonga la i de έτι.

140. ἀθανάτοισ]. Rima muy perceptible por dividir los dos hemistiquios en la cesura; cf. a 40: ἐξ γὰρ Ὁρέσταο / τίσις ἔσσεται Ἀτρεΐδαο. En la prosa artística posterior, se buscó la rima como figura que se llamaba ὄμοιοτέλευτον.

143. ἀσσον], «más cerca»; compar. de ἀγχι (*\*aγχ-yων*); el mismo caso en θάσον (*\*θαχ -yων*, *ταχύς*). — ὅλεθρου πείρατα], «los límites de la muerte» es decir, la muerte; la misma perifrasis en II 402 cf. πεῖραπ ὅλεύος (ε 289) = οἶζος; τέλος θανάτου = θάνατος.

145. μεγάθυμε], «magnánimo»; Glauco corresponde con éste de μεγάθυμος al título de φέριστος con que le saludó Diómedes; se tratan, pues, los héroes con alta cortesía, a punto precisamente de venir a las manos o a las lanzas. — γενεγή], «mi generación» o ascendencia.

146. οἴη περ]. Verso suave, melancólico, dicho por un héroe que va a entrar en combate y, quizá presintiendo su muerte, percibe mejor lo caduco de las generaciones humanas; verso, además, celeberrimo, muchas veces imitado. Simónides lo cita como cantado «por el varón de Quios»; cf. SIM. DE CEOS, frag. 85 BERGK, (es en realidad de Simónides de Amorgo, frag. 28 de Diehl: ἐν δὲ τῷ κάλλιστον Χίος ἔειπεν ἀνήρ: «οἴη περ...»: MIMNERMO, frag. 2 (Diehl); cf. también Eclesiástico (libro de Sirach) 14, 19.

147. τ' ἀνεμος]. La partícula τε no es aquí copulativa, sino que da generalidad a la frase; cf. A 218: "Ος κε θεοῖς' ἐπιπειθήται μάκα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

148. τηλεθάνοσα], «verde, floreciente, que brota con fuerza»; de τηλεθάω, no del todo igual a θάλλω y de distinta raíz. — δέ]. Construcción paratáctica; traducir = «cuando».

DANIEL RUIZ BUENO, C. M. F.

# Compositiones vertendae

## I. — PRO ALUMNIS SUPERIORIBUS

MONTUS: Nobilissimus linguae Latinae magister Joh. B. Gandino opuscula editderat scientia et doctrina referta, quibus expolitum dicens genus Latinum alumnis facilius assequerentur. In opere *Lo Stile Latino elucubrationes ex Italis scriptoribus desumptas* proponit, quas elaboratis syntaxis atque stilisticae praeceptis illustrat atque scriptorum classicorum —in primisque Ciceronis— exemplis; conformandae dentique locutionis Latinae modum praebet atque ambitus seu sententiarum intimam conexiōnem.

Quae omnia nos alumnis tradere decrevimus sed brevioribus notis et quibusdam difficultatibus expulsis. Sic scholares nostri expeditiore via per se ipsi res et locutiones hodiernas Latine component easque, postea perlegentes, degustabunt.

Secundo quoque fasciculo in PALAESTRA LATINA probatores edentur scriptiones, quae ad Moderatorem seu Palaestricum mittantur oportet. Demum, cum tota elucubratio erit absoluta, quae optima missa fuerit, edetur.

## PRINCIPIOS DE LA LITERATURA LATINA<sup>(1)</sup>

Así<sup>1</sup> como los pueblos adquieren lentamente su educación civil<sup>2</sup>, así más lentamente todavía<sup>3</sup> completan su formación literaria<sup>4</sup>. Porque<sup>5</sup> en primer lugar procuran<sup>6</sup> consolidarse<sup>7</sup> con las armas<sup>8</sup>; después, alejados los peligros de fuera<sup>9</sup> y respetados por sus enemigos<sup>10</sup>, se ven obligados a entrar dentro de sí mismos<sup>11</sup> y a buscar instituciones sólidas<sup>12</sup>, afianzar los derechos y deberes individuales<sup>13</sup>, a regular armoníicamente los intereses públicos y privados<sup>14</sup>. Mas cuando<sup>15</sup> han mirado suficientemente por su seguridad<sup>16</sup>, entonces<sup>17</sup> sienten el deseo de ennoblecercse con el cultivo de las artes liberales<sup>18</sup>, las cuales toman<sup>19</sup> de aquellas naciones en que más florecen<sup>20</sup>. Pero esto es obra<sup>21</sup> larga y de muchos años. Por eso<sup>22</sup> no es extraño<sup>23</sup> que (tan sólo) cinco siglos<sup>24</sup> después de la fundación de Roma<sup>25</sup>, aparezca en aquella ciudad algún destello<sup>26</sup> de las letras humanas<sup>27</sup>.

NOTAS. — 1. Así como..., asti cum (subj.), tum, — 2. assequi circulum cultum, 3. admodum sero, — 4. bonarum artium disciplinis excolti, — 5. nam, — 6. studere con tutia o id agere ut (subj.) — 7. sese con terrare, — 8. armis, — 9. externa pericula depellere, — 10. metum impicere hostibus, — 11. ad curiam rerum domesticarum se revercare, — 12. civitatem optimè constitutere, — 13. iura atque officia uniuscujusque describere, — 14. rei publicae util-

titatem cum circulum commodis et rationibus conjungere, — 15. postea vero cum, — 16. incolumitati suae consulere, — 17. tum demum o tum denique, — 18. ad studia ingenuarum artium incendi, — 19. adsciscere ex aliquo, — 20. maxime rigere, — 21. res, — 22. itaque, — 23. mirum non est o non est quod miremur, — 24. quingentis fere annis, — 26. lumen, — 27. bonaे litterae o ingenuae disciplinae o liberales artes,

(1) Cf. GANDINO, *Lo stile Latino*, Paravia, Milano; J. BASSA, S. J., Colección de Temas Estilísticos, 1-3º, 3º.

### CICERONIS SENTENTIAE

1. *Cum multae res in philosophia nequaquam satis abhinc explicatae sint, tum perdifficilis et perobscura est quaestio de natura deorum.* CIC. N. D 1 1 — 9. *Vi armorum, vi et armis, vim, quae alicui armis infertur, significant; usus vero legitimus vis militaris = armis.* — 15. *Postea vero cum Caesarem ait Missiliam detinere cognovit... se quoque ad motum fortunae movere coepit.* CAES. B. C. 2. 17. —

24. *Siglo = centum anni, centum annorum spatium; saeculum = una generación, la duración normal de la vida de un hombre.* — 25. *Post Romanam conditam: concreto latino por abstracto español.* — 27. *No litterae humanae ni humaniores, sino ingenuae, bonae, liberales.*

### I. — AUTOCINETUM ET TESTUDO

Ad vitam utilibus comparatis commodis  
Sapienter uti est solum sapientis viri.  
Autocinetum florentes terras Aufidi  
percurrent velox, incauto manu ducis  
aberrat cursu; praeceps in barathrum ruens,  
misere confringitur et vaporis impetu  
effusi rapido saevas flamas concipit.  
Viris absumptis igne, dum comburitur,  
huud longe in prato conspicit testudinem  
quae, compulsa metu, quam potest citissime  
gradu discedit lento, tuta loca petens,  
Ad illam clamat: O tua felix tarditas!  
Mihi hunc interitum mea paravit celeritas.

**NOTAE:** *Autocinetum, automóvil.* — *comparatus 3, recién inventado* — *Aufidi, conductor, chófer* — *barathrum, abismo.* — *petere, dirigirse.* — *parare, proporcionar.* *río de Italia: hoy Ofando.* — *dux, nar.*

II. — In Pompeji copias cum se subito Antonius ingurgitasset, exultabat gaudio persona de mimo, modo egens, repente dives. Sed, ut est apud poëtam nescio quem, male parta mala dilabuntur. Incredibile ac simile portenti est quoniam modo illa tam multa quam paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit. Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis, multa et lauta supellex et magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Horum paucis diebus nihil erat. Quae Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quae, si fuit, fuit animal unum. Oceanus, medius fidius, vix videatur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. Apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur. Alia mimi rapiebant, alia mimae: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum: totos dies potabatur atque in locis pluribus; suggerebantur etiam saepe —non enim semper iste felix damna aleatoria. Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres. Quam ob rem desinite mirari haec tam celeriter esse consumpta. Non modo unius patrimonium, quamvis amplum, ut illud fuit, sed urbes et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset.

**NOTAE:** *Copiae, bienes.* — *persona de mimo, personaje de farsa comediante.* — *poëtam este poeta es Nevlo.* Tradúzcase el proverbio latino por otro de sabor ne-

tamente español. — *numerus*, se usa en Latín tanto para expresar número, como cantidad. — *vestis*, en singular indica de un modo general las ropas, colgaduras, tapices, etc. — *lauta*. Este adjetivo ha perdido su significado primitivo de *bien lanado*: *lautus = lotus*. — *non illa quidem*: giro frecuente en Cicerón, para corregirse ligeramente — *medius fidius* es una afirmación de sabor religioso — *dissipa-*

*tas*; búsquese el significado más apropiado. — *tam... tam...*: recálquense también en la traducción estas repeticiones. — *scriptum, inventariado*. — *apothecae, graneros, almacenes*. — *suggerebantur*, se acumulaban. — *iste*, es despectivo. — *damna aleatoria*, cantidades perdidas en el juego. — *peristromatis = peristromatibus*. — *servorum* es complemento de *cel-**lis*.

## Decimus et Calidorus apud macellum

CALIDORUS. — Heus, Decime, te voco:  
ecquid audis? paululum siste gra-  
dum... jam diu est, cum te non vi-  
deo... rectene atque uti vis vales?

DECIMUS. — Di te ament amice, et salvus  
atque fortunatus sis.. bene valeo...  
quid tu novi?

CALIDORUS. — Miror, quod e lectulo tam  
multo mane surrexeris: quid prope-  
ras cum sporta? quo isti?

DECIMUS.—Obsonatum, ut vides, ad ma-  
cellum.

CALIDORUS. — Haec cocorum prius erat  
provincia; nunc domini ipsi obsonant.  
DECIMUS — Quidni? temporibus illis coi-  
dominorum rationibus consulebant;  
nunc omnia ad suam utilitatem refe-  
runt. Cocus est in proverbio, homo  
trium litterarum .. *fur* est... huc ac-  
cedit. quod cocorum genus est om-  
nium pessimum Romæ. Domi cum  
manent, recte faciunt officium suum;  
furantur obsonia, occultant pulmen-  
ta, vinum perpôtant, lances auferunt  
et patinas.

CALIDORUS. — Cur non habes sub clavi  
totum?

DECIMUS.—Sub clavi? aperiunt adulteri-  
na. Ceterum, si fures domi. sunt tri-  
fures foris. Nam, quandoque obsonant  
in macello. stupidit quoque fiant; na-  
sso carent; interdum pisces tam foeti-  
dos emunt, quorum odor etiam canes  
abigat. etsque datur ovis marcida pro  
agnu, bubula, pro vitulina, equina pro  
bubula; quibus rebus minore pretio

comparatis, lucrum faciunt, et cottî-  
dianis vindemias suas proprias on-  
rant crumenas.

CALIDORUS. — Optime sapis; reor enim  
bona esse obsonia, quae ab ipso do-  
mino comparantur. Benene emisti  
hodie?

DECIMUS. — Nec bene nec male videor  
emisse mane: annona arctior est et  
ingravescit in dies, tamen aequo pre-  
tio emi duo capones, scombrum, por-  
cinam, conchylia, turdos...

CALIDORUS. — Eugêpael haec sunt ex-  
quisitissima et mihi movent sali-  
vam.. care... carissime... optime...  
dulcissime... apud te cenabo hodie  
vespert.

DECIMUS. — Hodie... hodie sudum est  
(*quasi alio convertens animum*).  
nulla enim conspicitur nubecula.

CALIDORUS. — Quota hora amice, mihi  
est adeundum?

DECIMUS. — Plane est hoc utendum caelo  
ad deambulandum.

CALIDORUS. — Apud te, inquam, cenabo,  
si vis, amice.

DECIMUS. — Minime, hercle, minime!

CALIDORUS — Cur?

DECIMUS. — Quia nimium edis et plus ni-  
mio potas: vale! vale! (*cum leni su-  
surru festinat domum*) Male mihi  
eveniat, si amico rursus rogitante  
quid emerim, de caponibus loquar.  
Ille: Quid properas? quo vadis? quid  
habes istic. — Et ego: —quid hic? Cae-  
pas .. Caepas... (1) — G. PASQUETII.

(1) Ex opere *Roma antica da vicino*, Sandron Palermo.

# Curiosa et Jocosa



## 1. — VIS LOGICA

MATER. — Surge, suo jam sol surrexit,  
Candide, lecto.

CANDIDUS. — Eheu! procubuit sed  
prius ille toro!

A. M. CANALS, C. M. F.

## 2. — OPTIMUS JANITOR

JUDEX. — Fama fert te optimun janito-  
rem civitatis esse.

JANITOR. — Forte.

JUDEX. — Habuistine quandam item  
cum incolis?

JANITOR. — Minime.

JUDEX. — Ubi est ergo janua tua?

JANITOR. — In coemeterio civitatis.

ANDREAS RODRIGUEZ.

*Alumnus Barcinonensis.*

## 3. — QUANTITAS ET QUALITAS

Vates, procul dubio egenus, Carmi-  
na moderatori libelli periodici tradens,  
alt: Qua de causa, dum in pecunia mihi  
satisfacis, plerumque carminum quali-  
tatem consideras?

Cui moderator: Quia, dum pecunias  
a me exigis, argenti quantitatem consi-  
deras plerumque.

J. M. CONGET ARIZALETA.

*Seminarii Pamplonensis alumnus*

4. — De quodam gibboso in viridariis  
deambulante, duo amici sic alter alteri  
dicebat: Ecce pulcher Aesopus.

— Scite loquimini, gibbosus ait. ego  
enim colloqui animalia cogo.. .

5. — E fenestra, Domina, infantis in-  
volucra deciderunt.

— Nonne vides, mulier, puerum fri-  
gore laboraturum esse?

— Minime quidem, Domina, puer est  
intra pannos...

MINIUS

## 6. — EPIGRAMMA

Luscius obscurus, pauper sine numine vates,  
Visere, vana movens carmina, suescit agros:  
«O rosa, purpureis aurorae lucibus ardens!  
Gemmantes violae, plenus odore calix!  
Lilia, vernus honor, niveo decorata nitore!  
Vos dulci recinam servidus usque lyra!  
Dum mollem licet lactucam excerpere campis  
Istis ut subeat splendida cena mihi.. .

FR. INGENUUS.

## 7. — OPTIMA COLLINEATIO

Animi gratia relaxandi plures amici  
cum sclopetis domo egressi sunt.

Postquam aliqui collinearunt, Joannes  
quidam:

— Nunc, ait, ego collineabo.

Statim Carolus currere coepit atque  
cursu citato in statutum scopum perve-  
nit, ubi coram ipso stetit.

— Quid facis, miser, quid facis? valli-  
da voce clamitabat Joannes.

— Quaero, inquit Carolus, locum  
omnium tutissimum...!

8. — Quidam scholastici quid facere  
vespere nescientes, duxerunt sortes ta-  
lia proferentes:

— Mittamus nummum in aërem; si  
fuerint capita (cara) in circum fibimus;  
si navia (cruz) in theatrum; si autem  
latere (de canto) ceciderit disciplinas  
recolemus.

SERVATOR RUBER.

*Celsonae.*